



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Monoceros. Expressus è Plinio, Aeliano, & alijs. Descriptio LXXXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

filios pilis, veluti fruticantur supercilia. Aures nec omnino breues, nec adeo longæ, partim hispida, partim etiam ad ligulas glabra subrigent. Os omnino ternâ dentium pectinatim coeuntium serie, seu triplici vallo munitum, in speciem magnæ voraginis expanditur: sed præcipuum in cauda prodigiū, magnitudine quippe non minor cubitali, apertus vndique spinis riget, veluti scorpionis aculeis spiculata, tantum, & tam atrox telum fera bellua flectit in omnes partes, celeritate permagna. Nunc enim à tergo eductum protendit ad caput, nunc in terga reijcit, nunc in dextram, nunc in sinistram vibrat, simulq; emissas, quasi ex pharetra sagittas, ad iugeri spatium terribili fremitu iaculatur, et si succensa rabies ardentius fuerit, unguis ipsos reuulsos de pedibus, in venatores intorquebit. Quid, quod voce est tam canora, vt imitetur fistularum modulos, tubarumque concertum? Quid, quod ea crudelitate est, vt humanis carnibus insaturabiliter expleatur? Quid, quod saltu sic potest, vt morari eam, nec extentissima spaua possint, nec obstacula latissima.

### MONOCEROS.

Expressus è Plinio, Aeliano, & alijs.

Descriptio LXXXIV.

**M**onoceros animal est Indicum, ferox, horribile, truculentum, non vnam feram diceres, sed portentum ex multis belluis in vnum coeuntibus, ad terrorem humani generis fuisse constat. Corpore est instar equi, non modò procerò, sed valenti: capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, rictu leonæ similis.

Eminet in media fronte nigrum cornu duorum ferme cubitorum, quo nihil asperius natura molita est, neque enim vt cætera cornua, aut concinnitatem habet vllam, aut leuitatem, neque pari vndique leuore riget æquabiliter diffusum, sed ferri lima mordacius, multiplicibus in orbem gyris conuoluitur: hoc insolenter profusam capitis iugam quatens, quasi strictum mucronem, longum, minacem, noxium, protendit: currit autem quàm velocissime, & magno sonitu, fremituque fertur, inaccessas montium solitudines, & densissimos saltus peragrans, quod si, aut lasciuia seminis, aut iracundia (vt solet) in suum genus exardeat, furit insaturabiliter, fodiat, vellit, infringit, laniat, quacunque rapitur, huc furorem, huc insaniam, huc strages & funera ruere crederes: at si forte eximiam vitæ processerit obuiam, continuo furiales animalis iræ deseruescunt, mi escit animus, recta ad virginem pergit, demittit sese, blanditur, in eius denique sinu molliter conquelescit.

### DRACO INDICVS.

Expressus ex Philostrato.

Descriptio LXXXV.

**E**ισι δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιοι ταῖς μεγάλαις  
συσὼν λεπτότεροι δὲ, καὶ διάφοροι, καὶ τὴν  
ἀρχὴν ἀπειλοὶ κεφάλαιος οἱ τὴν μεγάλων  
ἰχθύων, οἱ δὲ ὄφιοι δράκοντες τὴν μὲν φε-  
λίδα, χρυσοὶ φαίνονται, τὸ δὲ μῆκος, ὑπερ-  
πύς πεινῶς, γέννηται δὲ αὐτοῖς βίβραχος, καὶ  
χρυσῶν κακίαι. καὶ κατωφρύωνται μάλλον,  
ἢ οἱ πεδῖνοι. ὄμμα τε ὑποκάθηται τῆ ὄφρῳ  
δεινῶν, καὶ ἀναδῶς δεδορκὸς ὑπόχαλκόν τε  
καὶ φέρουσι, ἐπεὶ δὲ τῆ γῆ ὑποκομῶσιν.  
ἐπὶ δὲ λόφων πυρσῶν ὄντων, πῶρ αὐτοῖς ἀ-  
πει, λαμπρὰ δὲ πλεον, οἱτοὶ καὶ τοὺς ἐπιθρα-  
πῶν ἀρῶσιν.

**S**unt autem ingentibus porcis similes, mēbris, sed corpore graciles, & in quacunque partem versatiles; rostro autem validissimo, tanquam ingentes pisces. Montani vero Dracones squamas habent coloris fului, longitudine autem excedunt campestris, barbaq; illis setosa, & ipsa coloris aurei, supercilia profundiora habent, quam campestris. Oculi supercilijs subsunt, torue, grauitateq; aspicientes: quibus perinde, ac si essent aenci, resonant quando in terra serpunt, è cristis vero, quæ rubra sunt, ignis scintillare videtur, & isti quoque elephantos capiunt.

CA.